

*Pius II. an alle Christgläubigen. Er verbietet ihnen mit Verweis auf seine gegen Hz. Sigismund und dessen Anhänger erlassenen Bullen jeglichen Kontakt mit den Delinquenten. Verboten ist auch jeglicher Waren- und Reiseverkehr durch die Gebiete Hz. Sigismunds. Bei dreimaligem Verstoß gegen das Verkehrsverbot treten automatisch alle gegen Hz. Sigismund verhängten Strafen in Kraft. Kleriker, die drei Monate in der auf diese Weise über sie verhängten Exkommunikation verharren, sollen alle Benefizien verlieren bzw. zum Erwerb neuer Benefizien unfähig sein.*

*Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StA, Cod. Cus. 221 p. 58-61 (= K<sup>1</sup>); BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 411<sup>r</sup>-413<sup>v</sup> (= H); MÜNCHEN, StB, Clm 23783 f. 153<sup>r</sup>-154<sup>r</sup>; ROM, Arch. Vat., Reg. Vat. 503 f. 424<sup>r</sup>-425<sup>r</sup> (= V<sup>2</sup>); ROM, BAV, Chig. C.VII.217 f. 16<sup>rv</sup> (= C).*

*Regest: Jäger, Regesten I Nr. 354; Brosius/Scheschkevitzi, RG VIII 727 Nr. 5215.*

*Erw.: Meuthen, Besetzung des Thurgaus 81; Baum, Eidgenossen 13.*

*Unser Text folgt der Kopie V aus dem vatikanischen Register. Die Varianten von K und H sind vermerkt.*

Pius etc. universis Christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. Pastorale officium exercentes incumbere conspicimus cure nostre in oves nobis creditas non solum salutis reficiamus pabulo, sed eas eciam a luporum morsibus et deviis preservemus. Dudum siquidem Sigismundum ex Austrie principibus eiusque furoris satellites ob immane sacrilegium in personam dilecti filii nostri Nicolai 5 tituli sancti Petri ad vincula presbiteri cardinalis et episcopi Brixinensis in sanctissimo die Pasche (13. April 1460) per ipsos commissum post diutinam expectationem et legitimum processum per nostram sententiam iusticia perurgente excommunicacionis et anathematis sentencias utque reos criminis lese maiestatis ac perpetue infamie, banni, diffidacionis, privacionis honoris et feudorum ecclesiasticorum atque bonorum omnium confiscacionis aliasque iuris penas declarantes dampnabiliter incidisse terrasque 10 et dominia per eos detenta et ad que accesserint, quamdiu inibi fuerint, ecclesiastico eciam subientes interdicto<sup>3</sup>), licet mandaverimus, ne quis eidem Sigismundo et aliis declaratis huiusmodi quovismodo communicaret, nichilominus, uti accepimus, quam multi sub pretextu ignorancie premissorum, ceteri vero avaricie cecitate abducti, prefato Sigismundo, qui totus in reprobum sensum datus censuras spernit ecclesiasticas, interdictum violat et dei sacerdotes in divine maiestatis contemptum sacra prophanare 15 compellit, ecclesiam dei et eius auctoritatem fidemque catholicam despicit et, quantum in eo est, penitus satagit conculcare, publice communicare ac per terras et dominia per eum et complices eius huiusmodi occupata iter facere non desistunt.

Nos igitur attendentes, quod per pestiferam communionem huiusmodi plurimi fideles coinquinantur ac perfidus ille, quem eciam nuper, quia contra constitutionem nostram Mantue editam<sup>4</sup>) a sententia et 20 processibus nostris antedictis iuris scripti et quas iam inciderat penas eciam antedictas evasurum se putans ad futurum concilium appellare huiusmodique pretensas, frivolas, inanes, sediciosas et contumeliis ac mendaciis plenas appellaciones diversimode publicare et in eis persistere non formidavit<sup>5</sup>), excommunicacionis sentencia(m), a qua, nisi in mortis articulo, per alium quam Romanum pontificem absolvı non possit, ac penas, quas rei criminis lese maiestatis et heretice pravitatis fautores incurriere dinoscuntur, 25 unacum testibus et notariis eisdem pretensis appellacionibus in scriptis iuxta dictę nostre constitutionis continenciam ac alias nostras litteras desuper emanatas iterum declaravimus incidisse<sup>6</sup>) suique satellites huiusmodi in suis perversitatibus animantur eoque plus gaudent, quanto plures secum abducere valeant in errorem, harum serie apostolica auctoritate omnibus et singulis personis tam ecclesiasticis quam secularibus quibuscumque, eciam si regali, reginali aut pontificali seu alia quacumque prefulgeant 30 dignitate districtius inhibemus, ne quis eorum cum ipso Sigismundo et satellitibus suis declaratis antedictis quevis commercia ac communionem aliquam quoquomodo habeat aut de ultramontanis partibus per loca et dominia, que ipse Sigismundus aut sui satellites antedicti in Athesi et circa illam detinent, ad Romanam curiam seu Venicias aut alium Ytalie locum veniendo seu inde recedendo viam faciat seu merces per illa ducat aut reducat sive duci aut reduci procuret aut quevis alia commercia argenti, salis aut

<sup>2</sup> conspicimus: prospicimus K    <sup>4</sup> immane: humane H.    <sup>13</sup> vero: autem K.    <sup>20</sup> iuris scripti: fehlt in V, ergänzt nach K    <sup>31</sup> habeat: habeant K    <sup>33</sup> recedendo: redeundo H.

vini seu alterius generis in eisdem locis et dominiis exerceat quoquomodo, ipsius Sigismundi et suorum 35 perversitate et rebellione huiusmodi durante.

Contrarium vero facientes dictam excommunicacionis sentenciam, a qua eciam, nisi in mortis articulo constituti, per alium quam Romanum pontificem absolvvi non valeant, incurrire volumus eo ipso absque alia declaracione quacumque ac quod illi ex eis, qui ecclesiastici fuerint et dictam excommunicacionis sentenciam per tres menses animis sustinuerint induratis, post lapsum trium mensium huiusmodi 40 omnibus et singulis beneficiis ecclesiasticis, curatis et non curatis, canoniciis et prebendis, officiis, administracionibus ac dignitatibus quibuscumque, que obtinent seu ad que ius eis competierit, sint eciam ipso facto sine quavis alia declaracione privati, que et sic vacare decrevimus per presentes quodque illa per collatores, ad quos illorum collacio spectaverit, aliis bene meritis conferantur; qui vero ex illis beneficiati non fuerint, ad obtainendum ecclesiastica beneficia in futurum inh>abiles penitus existant. Verum 45 cum multiplex transgressio non alleviet sed aggravet peccatum, volumus insuper et dicta auctoritate decernimus, ut si qui huiusmodi nostris inhibicione, voluntate et decreto contemptis, censuras vilipendendo ecclesiasticas, pluries dyabolo instigante, dicto Sigismundo et suis prefatis communicaverint aut per terras et dominia predicta iter fecerint seu commercia inibi habuerint, postquam tribus vicibus hoc peregerint, cum sic non nisi eiusdem Sigismundi et suorum complicum fautores, adherentes et auxilium 50 prestantes merito censendi sint, eos omnes et singulos post tertium actum presumptum huiusmodi omnes et singulas sentencias et penas, quas dictus Sigismundus suique complices ob premissa declarati sunt incidisse, similiter incidere et illaqueari volumus, ac ut tales nunciari sine alio nostro mandato quo-  
cumque.

Ut autem presentes nostre littere ad omnium noticiam valeant pervenire, easdem in cancellaria apostolica necnon audiencia litterarum contradictarum legi et publicari ac valvis seu portis basilice principis apostolorum de Urbe affigi volumus atque mandamus. Nulli ergo etc. nostre inhibicionis, constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadragesimo sexagesimo, idus novembriis, pontificatus nostri anno tercio. 55

De curia  
S. Crusiat<sup>7)</sup>

---

35 et suorum: *a.R. eingefügt V, fehlt H.* 37 dictam: in dictis tam *H.* 45 inhabiles: *em. inabiles V.* 49 tribus vicibus: *a.R. von der Hand des NiK nota* tribus vicibus *K.* 53 nunciari: denunciari *HK.*

<sup>1)</sup> *Geschrieben und notariell beglaubigt vom Notar Hieronymus, filius magistri Francisci de Molendino, Bürger von Belluno; vgl. Nr. 6281 Anm. 2. Über dem Text von der Hand des Peter von Erkelenz:* Copia bulle, in qua mandatur, ut nullus per Athesim et dominia Sigismundi viam faciant.

<sup>2)</sup> *Neben dem Text: Ja(cobus) Papiensis (Jacopo Ammanati Piccolomini, päpstl. Sekretär). Darunter: Inhibetur omnibus ne transeant cum mercaturis super territoriis Sigismundi olim ducis Austrie etc.*

<sup>3)</sup> *S.o. Nr. 6281 (1460 August 8).*

<sup>4)</sup> *Die Bulle „Execrabilis“ vom 18. Januar 1460; s.o. Nr. 6382 Anm. 7.*

<sup>5)</sup> *S.o. Nr. 6291 (1460 August 13) und 6347 (1460 September 9).*

<sup>6)</sup> *S.o. Nr. 6382 (1460 November 2).*

<sup>7)</sup> *Stephanus Crusialiati, päpstlicher Kanzleischreiber; s. Pitz, Supplikensignatur 171.*